

9. Quod nocere dum machinatur, sub pedibus se-  
minæ caput ejus teritur.  
10. Insidias hostis hanc, Christe, docuisti vincere  
in prima congressione,  
11. Dum non consentiret, sed illi resisteret, vin-  
cere qui solet tentatus si non repugnet  
12. Quem hæc virgo resistsens a se fecit fugere,  
quo fugato appropinquabat tibi, Domine.

*Exsultent filiæ Sion in rege suo. Miramur torum  
quemvis conjugii delicti criminè sordidari : facit  
cum Augustiniano illo de concupiscentia decreto. —  
4. Ad. : sunt merita. — 5. Ad. : Tangit verba Geneseos  
ubi Deus maledixit serpenti : Tu insidiaberis calcaneo  
eius, et ipsa conteret caput tuum. Hæc verba fuerunt  
præsagium omnia virginum in castitate militantium  
et principaliter virginis gloriose Marie. Md. Ad. qui  
noc. — 10. Md. om. in. — 11. Ad. tentatos — repugnent.*

- A 13. Nam inter virgines adducta post eam quæ  
mater est intacta, virginum virginis Mariæ digna est  
pedissequa :  
14. Te agnum sine macula jam sequitur stola  
candida Filium virginis, quoctunque virginum fies  
erit.  
15. Hujus intercessione nos luere.
- 12. Md. Ad. appropinquavit. Md. Domino, — 13.  
Pt. nunc inter. Md. Nb. abducta; sed vestigia pre-  
mit Psalmistæ ps. XLIV., Aducentur regi virgines  
post eam. — 14. M. 10. sequetur. Hieronymus : Nu-  
ptiæ replent terram, virginitas paradisum. Locum  
Apocalypses pressiore expinxit colore poeta Teuto-  
nicus (Wack. p. 620) : Do fürt Jhesus den tantze  
mit aller megte schaar. — 15. Ad. Md. Nb. cuius.  
Pt. tu nos.

ANNO DOMINI MLX.

## LEDUINUS

### ABBAS S. VEDASTI ATREBATENSIS.

### NOTITIA HISTORICA.

(*Ex Gallia Christiana novæ editionis, tom. III, pag. 379.*)

Leduinus, seu *Lieduinus*, ex laico pia religionis monachus a Balderico vocatus, Vedastino monasterio præficitur a B. Richardo, non quidem an. 1018; ut scribit Locius, nisi fortasse tanquam præpositus, at certe prærater jam an. 1023, prima die mensis Maii, qua præsens in comitiis generalibus, jussu Roberti regis apud Compendium congregatis, inter Ecclesiam Bellocensem et suam fraternalm societatem iniit, ut patet ex charta ea de re descripta apud Chesnium (*Preuves de l'Histoire de Montmorency*, pag. 12) et apud Miræum (*Notit. eccl.*, pag. 148). Nullus autem pene est in hac abbatum serie, ejus memoria in benedictione magis sit; etenim plurimus exstitit in restituenda et asserenda, cum donati tum foris, morum disciplina, plurimum quoque laboravit in re familiari conservanda et augenda. A fundamento monasterium restauravit, et lib. III Chronicæ Camerac., cap. 59, quod quidem Gera-dus episcopus, inquit Gazæus, anno 1031, con- servavit Beroloniæ præposituram in proprio sub-

B antistitis epistola qua ei gratias agit quod compassus sit Atrebatensis matris Ecclesiæ quæ III Kal. Augu- sti igne e cœlo delapsa combusta fuerat. Item au- toribus Leduino et Rotrico (Sithiensi) abbatibus, Gerardus episcopus demum acquievit consilio quo- rumdam Belgii episcoporum, qui Burgundiæ præsu- lum sententiam secuti, ut tam sese quam omnes homines sub sacramento constringerent, pacem vi- delicet ac justitiam servatuos (treugam, seu tre- viam Dei, appellabant Franci). Sub annum 1028, ejectis e Marciarianensi Parthenone sanctimoniali- bus Balduini comitis jussu, et in earum locum sub- substitutus monachis, Leduinus abbas eo novam induxit coloniam, cui novem annis præfuisse traditur; inter- rimque Harmatico cœnobio Marchianensi subje- cit, cuius hactenus cella est. Nominatur 1036 in charta pro juribus Atrebatensis telonei a Theodorico rege olim concessi ecclesiæ suæ; et in advocatione Marchianensis abbatiae 1038, ac insuper 1041 in do-